

Sebastian Meier    Johann Neukrantz

## Collegii Physici Disputatio Quarta De Mundo Et Coelo

Rostochi[i]: Pedanus, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729241416>

Druck    Freier  Zugang



*J. Meier.*  
*R. U. phil. 1618.*



Collegij Physici  
DISPUTATIO QUARTA  
**DE MUNDO**  
ET COELO.

Quam  
*In Inclita & florentissima Rostochiensis  
Academia*

SUB PRÆSIDIO  
M. SEBASTIANI MEJERI  
Lubecensis

TUEBITUR  
JOHANNES NEUCRANTZ  
Rostochiensis.

*Ad diem 5. Decemb. hora & loco solitis.*




ROSTOCHI  
*Typis exscripsit JOACHIMUS PEDANUS,*  
ANNO M. DC. XVIII.

DE M...  
ET CO...



Rostoch  
F...  
...



Ad Ornatissimum & Doctissimum  
DN. RESPONDENTEM.

**D**iscretur multum: sed sunt *intra* multa;  
De quibus ob cultum queritur ingenij.  
Quorum non minimam partem sibi vendicat ORBIS,  
Quiq; soli replet, quiq; theatra poli.  
Sidera sunt calo currentia turbinis instar,  
Nobis ut presint lumina magna duo.  
Horum naturam felici sidere queris  
NEUCRANTZI, Aonij portio magna chori.  
Quaerendo attentè naturam pergito rerum  
Per studij stadium: mox Deus acta probet.  
In patre mox natus; pater in natoq; vigebit:  
Namq; hic naturas tangit, at ille terit.  
Cognitio veri quid profit? Causaq; rerum?  
Dum *οφιων* tractes atq; adijta, atq; aditus.

*εγνωνας* adclamabat

Hardevvicus VVordinhovius  
Megapolit.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words are difficult to discern but appear to include "Hilf mir", "Morgen", and "Gott".

202 58  
11

Disputationum Physicarum  
QUARTA.  
DE MUNDO ET COELO.

RESPONDENTE  
JOHANNE NEUCRANTZ  
Rostochiensis.

T H E S I S I.

**E**ST in ore omnium, va misero mihi, qui tot & tantis malis in arumoso hoc mundo premor: O me infelicem! qui injuriarum nequissimarum vorago sim. Doleo quod non ad plures prius me penetrem, quam in Mundo hoc sceleroso diutius morer, & ad hoc hominum genus diurnem, ubi mala multa in peccore consident, qui fide, candore, & animi dexteritate, quosvis judicant & censent.

2. Verumenimvero, quamvis hisce querelis nihil communius, hisce scommatis nihil frequentius, & votis nihil impetrabilius, quibus sortem deplorant, vitam abjurant & abominantur. Nihil tamen insolentius, nihil peregrinum magis & absurdum illorum auribus, quam ex ipsis expiscarier. Quid sit Mundus? & quomodo in Mundo vivant?

3. Si queras, attoniti stant & obstupescunt, si interpreteris admirantur, nunquam tamen intelligunt, quia mentem ad hac studia non instituerunt. Nec Naturam, aut Naturalia mente unquam indagarunt, qua docet, Quid sit Mundus? & quomodo in Mundo spiritum vitamq; ducamus, postquam in

L

gene-



generali ambitu, ea quæ ad Mundi cognitionem faciunt explicuit, & inculcavit.

4. Et est horum consideratio, alia generalis, specialis alia. Illa versatur in mundo, hæc tum simplicia corpora, tum composita perpendit.

5. Dicitur Mundus ab *Ornatu*, à munditie, cum quo & Græcum convenit, quod omnium primus Pythagoras usurpavit, *ὄραμα*, nostri dexterrimus interpres. Dicitur Unversum *τὸ πᾶν ἢ τὸ ὅλον*, non quod extra hunc Mundum nihil sit, aut quod Deus & Angeli in hoc mundo habeant, & contineantur, seu pars hujus Mundi sit: ad cujus mentionem, quisquis Christianus exhorrescit, sed quod sit Universitas omnium Creaturarum sensibilium & Corporearum, seu quod sit tanquam amantissima sedes omnium corporum naturalium. Mag.

6. Quid autem Mundus sit, & Num cadat sub definitionem perfectam? omnes ambigunt, & Logici attestantur, Rem non unam sed ex multis collectam & Collectivum, sub pluribus esse predicamentis, & perfecta definitione, non posse circumscribi, Quantum tamen licitum, hanc dabimus:

7. Quod sit ordinata compages, ex Cælo, Terra, adeoq; cæteris rebus quæ in hac continentur, coagmentata *Aristot.*

8. Sunt igitur Mundi causa, alia Internæ, alia Externæ, Illa Materia & Forma. Hæc Efficiens & finis.

9. Internas ut circumspiciam, eamq; primo Materialem: Ethnici putarunt Mundum ex indigesta & rudi mole creatum esse, quam dixere CHAOS, unde & Verbum Inchoare, primitus deductum, reor, sed cadunt miserè causâ. Materia enim Mundi sunt omnia corpora naturalia sensibilia, Cælum, Elementa, adeoq; omnia corpora ex his orta Materia mundi sunt.

10. Formale Principium est ipse ordo, & dispositio ho-

1173

rum corporum, quo res illa inter se connexa, ac sapientissimè  
copulata sunt ac distincta, quod artificiosissimè Sap. 11. depin-  
gitur Deum disposuisse omnia in Numero, pondere & Men-  
sura: Animatus itaq; mundus non est, sic enim omnes partes  
essent animatae, quod posterius affirmare mirificam hominis so-  
lertiam aut proterviam sapiet.

11. Efficiens mundi causa, Deus est Opt: max: magnus  
ille & admirabilis opifex, qui & è nihilo res omnes produxit  
& ex illo mundum, quod & Philosophis non incognitum, ut  
Anaxagora divinam quandam mentem omnia distinxisse sta-  
tuenti, imo & ipsi Aristoteli. Mundi causa, si non planè na-  
turalis, certè tamen divinior est, ut in confirmanda hac senten-  
tia pluribus Scalig. allaborat.

12. Sed nostra parum refert, num Philosophis mundi de-  
tur causa efficiens vel non? quivis non fascinatus, aut imperi-  
tus rationibus facile concludet. 1. Quicquid constat ex mate-  
ria & forma ei competit causa efficiens, Mundus constat ex  
materia & forma. Ergo illi competit causa efficiens. 2. Quic-  
quid habet finem habet etiam causam efficientem: finis enim  
est cuius gratia res est; sed Mundus habet finem. Ergo. Si  
enim nullum haberet finem, esset frustra, quod falsum, τὸν γὰρ  
θεὸν καὶ φύσιν, si quis alius in vanum & incassum operas & la-  
bores suos impendere. 3. Quicquid est prater Deum id est ab  
alio. Scalig. Exer. 77. sect. 5. Is enim solus infinitus est, sola  
autem Entia non sunt à se.

13. Ergo & non æternus si causam habet efficientem, id  
quod Aristoteles improvidis quorundam mentibus infixit, ἡ ἄ-  
μὴν εἶναι ἀίδιον καὶ ἀγέννητον. Nos qui minimè Aristoteli nos  
mancipavimus, ut in eodem luto cum illo hærentes, id quod  
Deus averruncet, ut Christianus Ethnicorum deliria somniet:  
Liberali tamen assertione & Aristotelis dogma reservamus.  
Cum nunquam Aristotelis fuerit opinio, Mundum simpliciter

æternum esse, sed secundum quid, & in generatum quod etiam verissimum. Æternum enim ut obiter tangam, aliud est, quod nullum habet principium, sic Mundus non est æternus, quia cepit in tempore, vel est æternus in collatione principiorum inter sese, quod habet tale principium, quod cœpit per generationem: & sic Mundus erit æternus quia non cœpit per generationem. Dicimus itaq; quod res est, & veritatem, ipsam loquimur, Mundus est æternus quia non cœpit per mutationem de non esse ad esse ejusmodi quod fit ex materia, sic voluit Plato, sed per eam quæ fit ex nihilo.

14. Vere igitur Æternus Mundus non est, quod insuper & sacri codicis inserta, & mentis humana asserta docent. Primum enim **Causa non præcederet effectum**, quod absurdum, nullum quod fit, sua Efficiente causa prius est, vel cum Effectore suo cœvum. Cum E. Mundus factus sit, & omne quod fit sua efficiente causa posterius sit, Mundus certe æternus non erit, τὸ γὰρ αἰεὶ, ὡς ἐστὶν πρὸς τὸν αἰὲν, inquit Philosophus lib. 12. Metaph. c. 4. 2. **Factum esse & æternum esse implicant contradictionem.** Non igitur utrumq; verum, Impossibile enim duo Contradictoria simul esse vera, 3. Deniq; si Mundus esset æternus, esset infinitus, & sic duo essent æterna, duo item infinita, adeoq; duo Dij quod & absurdum, impium & blasphemum. Duo enim infinita neq; in natura neq; extra naturam esse possunt. Scalig. exercit. 39. sect. 3.

15. Quod si quis statuatur Deum ab æterno fuisse otiosum si Mundum non semper condiderit, Vah dementiam & hominis insaniam! Non enim Unigenitum filium ab æterno tantum genuit, sed nos etiam elegit ante jacta fundamenta mundi, aut quod à Patris Venerandi sententia non totum discrepat, si non penitus in eandem quadret, Id egit ut te, curiosum, tuæ arrogantia & præjudicij de Deo creatore tuo, reum, ad supplicium

cium raperet, quo mores hosce frivolos, hiulca gens dedisceret,  
& vocem in religionis questum convertere addisceret.

16. Sicut autem Mundus Ortum in tempore habuit, sic  
& interiturum eundem necesse est, imprimis cum ex partibus  
constet inaequalibus, & dissimilibus principijs. An vero se-  
cundum Qualitates vitiosas tantum, an vero secundum  
substantiam interiturus sit? frequens est Philosophorum di-  
sputatio, citra ullum Salutis nostrae dispendium utrumq; affir-  
mare possumus.

17. Et quod secundum Accidentia tantum, Mundi ma-  
china destruenda sint, rationum momenta, quae pondera, haec  
sunt. 1. Quod Mundus in sacris literis mutandus dicitur. 2.  
Quod figura huius mundi praeterire dicitur 1. Cor. 7. v. 31.  
Παράξει ἡ δὲ γῆ καὶ ἡ οὐρανὸς. 3. quod futura Mundi mu-  
tatio, non substantia abolitio, sed corruptionis liberatio vocetur.

18. Sed haec non sunt Marpesiae cautes: Iccirco placet,  
cum Scaligero, Mundum non secundum vitiosas Qualitates  
sed & ἡλικίᾳ interiturum: quam iidem sententiam &  
plurima scripturae testimonia propugnant, Psal. 102. Caeli pe-  
ribunt, tu autem permanes, Jacob. 14. v. 13. Homo cum dormie-  
rit non resurget, donec non amplius fuerint caeli. Sed quid in alie-  
no foro pluribus litigem, stat sua cadatq; cuiq; veritas & Theo-  
logorum plena de hac controversia charta, nobis Philosophi-  
cum hoc arrideat, Quod quemadmodum Mundus ex Nihilo  
ceperit, sic & annihilatum iri, & sicuti modo supernaturali  
ceperit, sic supernaturali desinet, igni scilicet concremandus.

19. Tantum de Mundi Causis: sequuntur Accidentia  
quae vel Figuram respiciunt, vel Quantitatem.

20. Figura Mundi est Spherica & rotunda, quod & Vo-  
cabuli significatio docet. Orbem enim nominat, Arist. 1. de  
Caelo, c. 5. debebat autem Mundus esse rotundus, quia capacissi-  
mus, & omnia in se vel sub se comprehendere debebat.

L 3

21. Quan-

21. *Quantitatem in Mundo dicimus duplicem, Continuum & Discretam.*

22. *Quod ad continuum, queritur, Utrum finitus an Infinitus? Nolo recoquere jam crambem, cum Certa mors sit, Finitum esse constat, cum sit in certo genere causarum, & suae originis & interitus Determinatum ævum habeat.*

23. *Quod ad Discretam queritur? An sit unus vel plures mundi? Unum autem tantum re ipsa mundum existere fatetur Arist. lib. 1. de Cæl. c. 8. ad quem locum videantur Cornimbr. Item Plutarch. lib. 1. de plac. c. 8. Verum secundum Aristot: Unum, & non plures esse, mundum, ipsa Nominis appellatio suadet, Dicitur enim τὸ πᾶν ἕν τὸ ὅλον. E. præter hoc Universum & Omne, nihil erit quod non ab ipso comprehendatur. 2. Et si alius esset Mundus, constaret ex alijs Elementis Terra alia &c. Si alia jam Terra cuperet moveri ad hanc terram (nam omnis Motus unius corporis, unus est Terminus, ad quem fertur) sed non movetur ad aliam, quia non eodem loco manet, (nam omnè habet unum certum aliquem terminum, in quo tanquam in sui perfectione quiescit. E. si alius præter hunc daretur mundi locus, daretur propter alium usum & finem.*

24. *Quando autem queritur, An plures possint esse Mundi? seu An Deus posset alios decem mundos creasse? Tum divina ejus potentia nihil detrahimus Ille enim, qui potest omnia subvertere, demoliri, destruere, & ex nihilo mundum hunc condidit. Infinitos alios creare quid prohibebit?*

25. *A Mundo vehimur ad COELUM ut Mundanorum pertasi, Cælestibus oblectemur, & in perpetuum nobis & in sinu nostro gaudeamus. Mira hic ad dicendum alacritate animus, calamus excipere omnia tripudiat, sed tempore excludimur, & tempori hæc qualiacunq; charta aspergimus, Duo & capita sint nostræ de COELO disputationis, ut præmissis primus*

primum Nominis & R & I definitionibus, agamus de Causis & Attributis.

26. Cæli vocabulum esse ambiguum & habere significationem triplicem docet Arist. 1. de Cæl. 9. Unam quando appellatur τῆς ἐξάρτης τῆς πᾶν) & ἡ ἐπιφορᾶς substantia aut illud σῶμα φύσιν, τὸ ἐν τῇ ἐξάρτῃ ἡ ἐπιφορᾶ τῆς πᾶν) &. Alteram quando Cælum est οὐρανός, σῶμα τῇ ἐξάρτῃ ἡ ἐπιφορᾶ τῆς πᾶν) &. Ubi luna sol & alia sunt stella, Tertiam quando τὸ ὄραν ἢ τὸ πᾶν Cælum nominatur, in qua significatione legitur. 3. phys. c. 11. Nos de prima significatione hic agimus, & definimus quod sit, Corpus naturale simplicissimum, solidum, sphaericum, pellucidum & in orbem mobile.

27. Cælum est corpus naturale, Arist. 1. de Cæl. c. 9. Hanc Veritatem quamvis alij infringant immotam tuemur & defendimus, quia gaudet affectionibus naturæ, ut patet, Movetur enim circulariter, 1. de Cæl. c. 3. & 4. Cælum est in loco naturali, supra non infra, 4. phys. c. 5. 3. Cælum omnia corpora in se includit 1. de Cæl. 9.

28. Cæterum corpora naturalia non sunt uniusmodi, sed alia sunt composita, alia simplicia, ad quam itaq; classem Corporis cælestis est referendum? Non ad Compositorum, est enim omnino primum, Arist. c. 3. de Cæl. c. 1. Ergo ad simplicium, quod etiam patet. Cælum igitur & Corpus naturale simplex, ὅμοιο δὲ δᾶξαι. Quemadmodum autem Elementa dicuntur corpora simplicia, quia non sunt composita, sicuti mixta, etsi sunt composita ex materia prima & forma. Ita cælum dicitur corpus simplex, non quod omnem compositionem excludat, etiam eam, quæ est Materia & forma, sed quia nullius corporis concretionem constat, ejusq; omnes partes sunt homogeneæ.

29. Qui igitur dicat, quispiam Cælum habebit Materiam se Corpus est simplex, & Elementis simplicius? satiusne Cælum

*Cælum Immaterialum? Verum idem dixerit, nil intra oleam, nil extra esse in nuce duri. Nam quo pudore & verecundiâ, illi, quod est Quantum. Materiam derogabunt? Nam ubi est Quantitas, ibi necesse est, Materiam esse subjectam. Quantitas enim emanat è materia, ejusq; Accidens est, & certum signum. At in corpore caelesti reperitur Quantitas & figura scil. rotunda.*

30. 2. Si Cælum est Corpus, habebit materiam. Corpus enim sine materia, est in somnium sine somno. 3. Raritas, & Densitas comitantur materiam. Hæc vero itidem in cælo reperiuntur 4. Unumquodq; sub sensus cadit ratione materia, & substantiæ sensibiles cunctæ materiam habent. 8. Metaph. c. 1. sed Cælum insensus incurrit. Est enim visibile. Aristot. 1. de Cæl. cap. 9.

31. Quam igitur habet materiam? Eandem cum cœteris sublunaribus communem, an specie ab illa distinctam? Quid, eandem? Quæ enim communicant materia, ea invicem transmutantur, quæ vero non mutantur dissimili constant materia. Cælum autem & Inferiora, non mutantur, ideoq; eandem materia non habent, Estq; Materia Cæli, distincta à materia Elementorum, quod hæc quidem simplex sit, sed ita simplex ut cum alia diversa misceri possit, atq; mixtionem ingredi. Cæliautem materia perpetuo manet, simplex, & nullam mixtionem ingreditur.

32. Sed pergo Omne materialium est formatum: Excipis Materia prima expers omnis formæ, omnium tamen formati receptaculum. Illud vero quod aliud in se suscipere debet, vacuum sit oportet omni recepto Arist. lib. 3. de an. text. 4. Sed attende, Diversa secula, diversas rerum condiciones induxisse, Post Universi perfectionem materia ita est comparata, ut per se seorsim absq; forma nusquam existat, Et quemadmodum Materia sine forma non existit, ita vicissim forma nusquam  
extra

extra materiam per se subsistere potest. Forma enim nunquam est otiosa, sed facit ut materia sit hoc aliquid, quemadmodum contra materia hoc agit ut forma existat.

33. Forma Cæli autem non est Mens & Intelligentia ut commode nobis dicunt Achillinus, An: Mirandula, Suesanus & alij, qui primum in hunc errorem delapsi sunt, lectissime illius quod apud Averr. est, Cælum esse puram materiam. Ipsi autem intelligent Materiam non posse subsistere sine forma, unde Intelligentiam cæperunt, pro forma Cæli introducere. Sed plagas metuis et verbera, placide ergo ad mentem philosophi nos convertimus, & formam in Eo, quod informat, non quod extra est, locamus. Intelligentiæ autem istæ Cæli Motrices sunt extra cælum. E. II. Intelligentiæ ejusmodi non confert actum substantialem corpori cælesti Comib. lib. 2. de Cæl: Forma autem substantialis ei, cujus actus dicitur, tribuit Esse substantiale. E.

34. III. Ex Materia & forma unum fit, Arist. lib. 2. de an. c. 1. Atqui ex Materia & Intelligentia non fit unum Scal. Exerc. 359. Sect. 6. E. non est forma. IV. Intelligentia, non est in Materia, neq; intus (in Cælo puta) neq; foris extra scilicet cælum, neq; in Toto, neq; in parte, E. est nullibi. Quod si hoc, nihil est, τὸ ἄδ ὄντ. πῶς ἴσται ἀπολαύσασθαι ἑαυτὸν πᾶς; τὸ ἢ μὴ ὄν ἐδαμῶς ἑαυτῶν. Arist. 4. phys. c. 1. Unde Scal. Omnium Entium, præter primum (quod tamen etiam repletive in loco dicitur) proprium est ut sint in aliquo ubi.

35. Afferimus itaq; cum communi Philosophorum schola, Cælum in actum poni, per suam formam corpoream. Intelligentiam vero esse formam assistentem, causam motus in orbibus: Ita tamen, ut majorem habeat inclinationem ad orbem, quam Nauta ad Navem, Id quod Averr. 2. de Cæl. text. 3. docuit inquiring. Ex Intelligentiæ & orbe fit quodammodo unum, & magis unum quam ex Materia & forma, sed secundum dispositi-

H

tionem



tionem magis diminutam, quam sit Unio recepti & recipientis  
vide Clarif. Arnif. in Epit. phys. c. de Cœlo.

37. Nec ANIMA forma Cœli est, quod contra Platonem asserimus, Anima enim est forma corporis organici, Cœlum non est organicum, quia omnes partes ejus, sunt ejusdem rationis. 2. Si Cœlum præditum est anima, aut Intellectiva aut Sensitiva præditum est, nam quod Vegetativam non habeat, ejus incorruptibilitas docet, Vegetativa enim ipsa tantum data est animatis, quæ crescunt & decrescunt, generantur & corrumpuntur, sine quibus augmentatio & decrectio fieri non possunt.

38. Si vero ex alterutra istarum animarum constat, necessum est & Vegetativam adesse, quia superiores anima idem sunt cum inferioribus, vel quia forma superior semper præsupponit inferiorem, pro præparatione materiae, ad receptionem formæ superioris, eo, quod forma superior, nequit recipi in materiam nisi sic vel sic præparata.

39. Averroes alio in loco Cœlum ait animatum, sed solum appetitum & inclinationem ad localem motum, ipsi ex potentijs animæ tribuit. Verum utut hæc caligines sese facile dissipent, nullis solis radijs illucentibus, peculiare tamen operas sibi vendicant, ut doceamus, quod Appetitus ad motum non sit sine sensu. 2. de Anim. Nihil enim appetit per animam, quod non sentit, quia appeteret ignotum. Si igitur appetitum Averroes ponit in Cælo, reliquas quoq; facultates ibi ponere cogetur quia omnes potentie animæ originaliter sunt in ipsa. E. ubi una potentia collocatur ut hic Appetitus, ibi collocantur ceteræ Arnif.

40. Atq; natura quidem & Principia Cœli sic se habent. Ex affectionibus præmittit Aristot. eas, quæ primario quidem Cælo, seu per Cœlum Toti mundo competunt, ut FINITAS, Unitas & æternitas. Finitum quidem recte concludit, ex finito

nito motus quia nullum infinitum corpus, potest finito tempore totum moveri (non enim maneret infinitum) Item ex circulari figura &c.

41. Unitatem hoc loco non persequimur, sufficienter de illa in prioribus, Perpetuitatem quod attinet, demonstrat Aristot. ex vero fundamento, Cælum esse Incorruptibile seu corruptionem non subire, quod etiam secundum fidem verum est, cum non natura sua, sed jussu Dei contra naturam Cælum interiturum sciamus. Secundum Philosophiam vero Nulla potentia est in Infinitum, quia compleri nequit. Igitur si Cælum habet potentiam ad Corruptionem, aliquando corrumpetur naturaliter. At à qua causa naturali? In universo quidem nulla datur: Potentia vero Dei absoluta est, extra ordinem naturæ: Potentia ordinata dirigitur ad conservandum, non destruendum cælum.

42. Intelligenda autem est Corruptibilitas Cæli, secundum ejus naturam tantum, cum qua tamen simul potest adesse potentia obædientialis, per quam ad suum Creatorem, omnis Creatura ordinatur, illiq; subijcitur. Hujus autem respectu cælum corruptibile est; sed secundum suam naturam, aut per principia essentialia, naturaliter incorruptibile.

43. Hinc infert Arist: Omne Incorruptibile est Ingenerabile. E. Cælum quoq; est Ingenerabile & per consequens æternum; Totum argumētum verum est, quia quod generatur generatur ex potentia contradictionis. Quod autē in se habet potentiam contradictionis, est corruptibile. E. quod non est corruptibile, non habet potentiam contradictionis nec potest generari, Verum quod per consequens annectitur, sequitur tantum secundum ductum rationis, aut principia Arist: quæ Creationem non admittunt. Cum vero nos sciamus, Deum per Creationem, res etiam incorruptibiles producere, facile colligimus nō sequi, Cælum nequit generari. E. est æternum, quia præter generationem datur alia producendi via, nimirum, CREATIO.

MAN-

## MANTISSÆ.

Quo disputationis actus eò solemnior, & de materia ad disputandum propositæ sterilitate, nemo ad vicinias questum eat, ut qui lucrari nihil, nihil aucupari possit. En habebas tibi obiter nonnulla inspersa, quæ quondam Musis nostris amicissima, & Camenæ nostræ adhuc depereunt. Ita tamen ut hæc facienda, illa non negligenda prorsus æstimemus.

1. *An Cutis recte inter partes spermaticas referatur?* N. Ex semine enim nasci non potest, cum partes spermaticæ semel ablatae non renascantur. 2. Si ex semine nasceretur esset pars corporis, at non est, non enim nutritur, cum in eam venæ non pertingant.

2. *An Cutis sit universale Emundatorium, cum internarum partium supervacua excipiat?* Aff: cum quadam adhibita limitatione; Est enim porosa, quæ ad liberam transpirationem vias & ductus nobis ostendit. Patet hoc ex fasciis illis cruentis, de quibus vide *Galen.* in comm. de fractur:

3. *An Musculus sit pars dissimularis an vero similis?* Aff: prius, quod ipsa ejusdem actio docet, & *Galenus* de differ. morb. 4, 1. Meth. 6. inter primi generis instrumenta cum ex similaribus componatur tulit.

4. Quibus & hæc Philologica addo, quæ nemo nisi in oscedine lemisepultus, averfabitur, *Bonum Eventum*, pro rei felici successu communiter interpretantur omnes, sed ex veterum lectione constat. *EVENTUM* inter Deos fuisse honoratum. *Plin.* lib. 36. *Varr.* de re rustica. lib. 1.

5. Res non adeo levis & trita, ut cachinno & sibilo digna, quemadmodum deturpatores omnis latini nitore autumât, quid sit. *Pontibus infirmos præcipitasse senes*: *Ovid.* in fastis. Si lubet paucis sententiam audi, Apud Romanos qui L X. annos habebant, liberi erant, à publicis negotijs, neq; suffragia ferebant in creandis magistratibus, quæ per pontes ferebantur. Hinc in proverbium, abije *Sexagenarios de ponte præcipitari*, quoniam à latura suffragij removebantur, quæ per pontes fiebat, Inde *Depontanos* eleganti vocabulo senes appellatos legimus. Plura, sed me charta deserit.






nito motuo quia nullum infinitum corpus,  
totum moveri (non enim maneret infinitum  
figura &c.

41. Unitatem hoc loco non persequi  
illa in prioribus, Perpetuitatem quod attia  
ristot. ex vero fundamento, Cælum esse In  
ruptionem non subire, quod etiam secunda  
cum non natura sua, sed jussu Dei contra  
teriturum sciamus. Secundum Philosoph  
tentia est in Infinitum, quia compleri nequ  
habet potentiam ad Corruptionem, aliquan  
turaliter. At à qua causa naturali? In un  
datur: Potentia vero Dei absoluta est, ext  
Potentia ordinata dirigitur ad conservand  
dum cælum.

42. Intelligenda autem est Corruptibi  
dum ejus naturam tantum, cum qua tamen  
potentia obædientialis, per quam ad suum  
Creatura ordinatur, illiq; subijcitur. Hujus  
lum corruptibile est; sed secundum suam  
principia essentialia, naturaliter incorrupti

43. Hinc infert Arist: Omne Incon  
nerabile. E. Cælum quoq; est Ingenera  
quens æternum; Totum argumētum veru  
neratur generatur ex potentia contradic  
habet potentiam contradictionis, est corrupti  
corruptibile; non habet potentiam contradic  
nerari, Verum quod per consequens annecti  
tum secundum ductum rationis, aut princip  
tionem non admittunt. Cum vero nos sciam  
tionem, res etiam incorruptibiles producere, j  
sequi, Cælum nequit generari. E. est æternum  
rationem datur alia producendi via, nimiru



empore  
culari  
ter de  
at A-  
u cor-  
um est,  
um in-  
lla po-  
Cælum  
ur na-  
e nulla  
atura:  
rven-  
secun-  
adesse  
omnis  
tu cæ-  
ut per  
Inge-  
onse-  
od ge-  
ē in se  
on est  
st ge-  
rian-  
Crea-  
Crea-  
us nō  
gene-  
TIO.  
IAN-